

videlicet iuxta domum Andree Farine iuxta domum Iohannelle de dragurio, relicte Iacobi de Stella, et iuxta viam puplicam a duabus partibus, donavit etiam tradidit et assignavit eodem Titulo donacionis Irrevocabilis inter vivos dompno nicolao piticco et dompno Iohanni de notario Gualterio presbiteris dicte ecclesie presentibus et recipientibus ab eo donacionem eamdem domum unam aliam suam sitam in eodem pictagio et inter hos fines videlicet iuxta domum heredum Sebastiani de adam iuxta domum dicte ecclesie et iuxta viam puplicam. Tenendam per eamdem ecclesiam supradictam domum sibi donatam imperpetuum et alteram per eosdem presbiteros dum vixerint. Ita quod unus succedat alteri *etc.* Ita quod fieri faciant in eadem ecclesia anniversarium pro anima sua et parentum suorum imperpetuum a die obitus sui in antea et annuatim. Retento tamen per eumdem dompnum Angelum dum vixerit usufructu ipsarum duarum domorum, preter tamen obitum usufructus ipse consolidetur proprietati *etc.* dominio et potestate eiusdem ecclesie et eorumdem dompni nicolai et dompni Iohannis Condicione adiecta quod in casu necessitatis que rationabiliter et evidenter appareat liceat eidem dompno Angelo domos ipsas seu ipsorum alteram vendere et alienare et suis necessitatibus extremis subvenire non obstante donatione predicta. Quam quidem donationem dictus dompnus Angelus dedit *etc.* promisit Guadiam *etc.* obligavit omnia bona sua *etc.* Contra que si dictus Angelus vel heredes non adimplerint pene nomine eidem Ecclesie et presbiteris solvere promiserunt uncias auri decem et totidem Curie domini Tranensis archiepiscopi *etc.* Quod scripsi ego predictus Robertus puplicus per totum Regnum Sicilie Regia auctoritate notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Nicolaus Iudicis Iohannis de Umfredo q. s. Iudex. (*Manca il segno*).

† Lillus Iudicis Nicolai de lauretta testatur.

† Signum Crucis proprie manus Marini de Aquichina.

† Riccardus de Matheo de Monte Regali testatur.

Notitia testium:

Lillus Iudicis Nicolai, lillus notarii sebastiani, Marinus petitti Angeli, Ricardus Mathei de Montegali (*sic*).

N. 167.

A. D. 1340

(18 agosto; Indiz. VIII)

Provenienza	Cattedrale.
Data di luogo	Barletta.
Rogatario	<i>Iohannes Leonis de Cataldo not.</i>
Descrizione	Taglio rettang: alt. m. 0,72; larg: 0,38. Termina a punta.
Scrittura	Gotica.
Contenuto	Nella Curia di Barletta, che è messa presso le case dell'ospedale di S. Giovanni Gerosolimitano, <i>antiquitus dei Templari</i> , funziona da Regio <i>Capitaneus</i> e da <i>baiulus</i> di Barletta il <i>miles Theobaldus de Lecco</i> . Si presenta <i>Thomasius de Galiberto</i> , il quale per parte della moglie <i>Masella</i> , espone il contratto dei patti <i>riversivi</i> matrimoniali interceduti tra la madre <i>Flandina</i> , f. <i>qd. Iudicis Nicolai Cavasacci</i> e il padre <i>Stephanus, f. Nicolai Iudicis Antonii de Universa</i> . Il contratto, scritto il 30 luglio 1327, trascrive tutto il corredo ed i beni della detta Flandina, la quale vive <i>secundum usum et consuetudinem civium Baroli more longobardorum viventium</i> .
Bibliografia	Inedita.